

da; unum, quod supranos est, Deus, alterum, quod nos ipsi sumus, tertium quod juxtanos est, proximus, quartum quod infranos est, id est corpus. Haec tenus August. Quot verò partes amor nostri in se comprehendat, elegantissimè verbis *Danbaueri* ostendit honorificè supra citatus *Masius* l. c. p. 329. 330. Quia itaq; ratione cum amore Dei intensissimo hæc stare possunt, similiter quoq; honesta ex rebus mundanis recreatio cum eodem stare poterit.

QVÆSTIO SECUNDA.

Nunc secundo loco qværimus: *An choreæ hominum, Iexus niversi, manus mutuò connectentium, quales in Germania, vicinius Regionibus duci solent, etiam in numero horum Adiaphororum referri possint, prouti eadem in Sectione Priori descripsimus; Et per consequens: An ab homine Christiano salvâ conscientiâ exerceri possint?*

§. 1. Meritò affirmando respondemus, & qvidem moti seqventibus argumentis. Notamus statim in principio, quod earum usus in sacris literis neq; expressè neq; per bonam consequentiam sit mandatus vel prohibitus. Nec obstat, quod excipient Novatores, qui non erubescunt argumentis uici Calvinianorum, quando contrariū probare allaborant ex dicto Rom. XIII. 13. dicendo quod per vocem καὶ μετὰ saltationes prohibeantur. Vid: Tractatus, da die 30 Langen Salha gedruckte Schrift wiederleget wird/parte I. pag. 6. Sed respondeat illis Magnus noster *Danbauerus*, Theologus de Ecclesia nostra meritissimus in Hodomoria Spiritus Calviniani p. 1297. & 98. καὶ μετὰ quid sit Apostolo, exponit Voss. de Idol. L. 2. cap. 8. pag. 345., quod à Chamis, (non à καὶ μετὰ sive καὶ μα ut purarunt) Græcis Deus sit conviviorum, non modestorum, sed ubi lascivia foret, ac protervia, conjunctas. Qualia plurimum sunt amatorum ac Juvenum, multa qui petulantē agere nequiter agunt, ubi in caluerint vino, indeq; καὶ μετὰ hinc Latinum comedendi, non à comedendo, cum princeps syllabas sit porretta; norum autem hoc Comici: Sine Cerere & Libero friget Venus. Notum illud item Poëta Sulmonensis: Et Venus invinx, & ignu in igne furit. Sic igitur à commissione deve- niunt ad ψηφαλημα sive palpationem illam & concrecationem Vene- ream.